



**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Epigramma 33. Ioannes sese indignu[m] estimat, qui pedis obstragula  
Christo soluat; tamen eius augustum caput aquâ perluit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

*Epigramma 33.*

Ioannes sese indignū estimat, qui pedis  
obstragula Christo soluat; tamen eius  
augustum caput aquā perluit.

**Q**Væ vix ausa pedes imis attingere terris,  
Perfundet domini iam manus alta caput.  
Quantus honor! supplex manus ab pede scandit IESV  
In caput: id castis credo coronat aquis.

*Epigramma 34.*

Ioannes Christum sacris  
aquis tingit.

**AD IOANNEM.**

**H**is tibi quanta vadis famæ iam gloria manat!  
Quantus & hoc orbi candor ab amne fluet?  
Gessit enim castis huc se perfundere lymphis,  
Qui maris & terræ sceptræ supra regit.  
Deque oculis emanat amor, qui purior omni  
Fonte, nefas sacræ omne piabit aquis.  
Quod nequit elunies immensis didita stagnis;  
Diluet hic parcus iam liquor omne scelus.  
Nunc age, rende vadis, larices rape, deplue rores,  
Tinge Deum, Deus his cætera tinget aquis.  
Ecce latus Lymphâ Iordanide mersit IESVS:  
In caput e' purâ defluit vnde manu.  
Addis aquis lacrymas, Iordanis an alter amor?  
Tu fuis? it certè gratior iste liquor.

**AD IOANNEM.**

**T**Vn' cinis ergo Deum tingas? Deus imperat, istas  
Ardet aquas: riuos fons sitit ipse suos.  
Nunc igitur, quas ipse sitit fons, implue lymphas  
Vrna liquens fonti sit tua dextra suo.  
Præuius ipse tuo soli ceu Phosphorus ardes:  
Prænia tu fonti sic eris verna tuo.

**M v***Epigramma*